

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Disputatio Theologica Solennis De Termino Salutis  
Humanae Peremptorio**

**Neumann, Johann Georg  
Green, Georg Sigismund**

**Vitembergae, 1700**

**§. V**

**urn:nbn:de:bsz:31-105555**

## §. V.

Præterea IV. etiam fermentum Stengerianum nobis denuo ista hypothesis objicit. Jam pridem enim est, cum Joh. Melchior Stengerus, Diaconus Erfurtensis, semel iterumque Lapsis spem salutis, simili quodam conatu, dubiam fecit. Nam & hic statuebat, de sero pœnitentibus, quod gratiam Dei quidem in agone mortis consequi possint, sed non nisi extraordinariam illam, raramq; & insolitam, nec in verbo Dei promissam. Ut ut ergo mitior aliquanto hæc assertio fuerit, quam Pietistarum illa; ramen a Collegiis Academicis, Lipsiensi, Wittenbergensi, Jenensi, Gieffensi, quin & a Ministeriis celeberrimis: Ratisbonensi, Augustano, Ulmensi, Hamburgensi, Luneburgensi, Coburgensi, &c. laudabili zelo discussa, unanimique omnium consensu profligata est. Quorum adeo consilia, si denuo a nobis efflagitentur; plerique enim huius rei testes adhuc superant) dubium non est, quin pari constantia fidei, pro orthodoxa causa sint pronunciaturi. Præclare autem de Ecclesia meritus est CL. Hartnacius, qui solidissima hæc Responsa diligenter collegit, ac pecculari libro edidit, nec non doctissimis scriptis ipse fanaticum hoc ~~βεδλυγια~~ oppugnavit. Unius autem Ministerii Francfurtensis cum obstatet consilium, auctore D. Spenero pro Stengeri causa editum, dignum se vindice, hunc nodum censuit B. D. Musæus, Theologus a Judicij acumine celebatus; ac proinde spisslo Tractatu, qui inscribitur: Gründlicher und ausführlicher Bericht von der Busse/ & Stengerianum hunc errorem confutavit, & simul ~~φλαγια~~ Spenerianas discussit. Quod certe vel ideo reticendum non fut, ut intelligeret Ecclesia, nihil novi hic venditari, aut quoddam majoris illuminationis specimen produci, ceu Mimus ille noster insolentius jactat, sed

D 3

vete-

veterem recantari cantilenam, & fordes ex Ecclesia pri-dem extrusas, novo saltēm integumento, ad fallendos simplices, exornari.

### §. VI.

Verum de his satis, & forte plus quam satis. Nunc igitur ad ea Scripturæ oracula properandum, quæ orthodoxam sententiam plenius adstruant ac confirmant. Nam præclare Ambrosius contra Navatianos observat: *Verbum Dei gratiam promittit omnibus, non omnibus minatur injuriam: Quod est miserationis, exaggerat, quod ultionis, extenuat.* Lib. I. Pæn. c. II. p. 153. Ex tanto igitur gratiæ divinæ thesauro, unum atque alterum velut talentum depremre libet. Ac I. quidem urgemus classicum illud Prophætæ oraculum: *Quando impius aversus fuerit ab omnibus peccatis suis, que fecerat, & custodiverit omnia statuta mea feceritq; iudicium & justitiam; vivendo vivet, non morietur.* Omnes prævaricationes quas fecit, non in recordationem veniunt illi; in iustitia, quam operatus est, vivet. Num volendo volo mortem impii: dictum Adonai Jebovi: nonne, ut convertatur a viis suis & vivat. Ezech. XVIII, 21. 22. 23. cap. XXXIII, 11. Ubi observes 1.) Dei convertentis ardentissimum desiderium: id quod declarat a) triplici interrogacione: num volendo volo mortem impii? nonne ut convertatur a viis suis? quare moriemini, o domus Israel? vers. 31. quæ proinde fortius negant, & a Deo removent omnem causalitatē perditionis humanæ, sensumque hunc categoricum reddunt: *Non volo mortem morientis.* v. 32. b) sanctissima religione juramenti: *אָנֹה וְאַנְהָנִי יֶחֱזֵקְלֵל אֶת־נַפְשִׁי בְּבָבֶל.* q.d. quam verum est. quod vivo, tam certum quoque, quod nolo mortem impii: cum enim non possit per majorem quenquam jurare; jurat per se ipsum, dicente Apostolo. Hebr. VI, 13. γ) formula asseverationis solenni: *אָנֹה וְאַנְהָנִי יֶחֱזֵקְלֵל אֶת־נַפְשִׁי בְּבָבֶל.* dictum adonai